

retur, & dein eadem in specie iterum coagularetur, in qua antea exstitit, nec vlla itidem humiditas cum perfectorum metallorum humiditate, vel liquore, conjungi potest, vt illis nocere, vel illa corrumpere posset, quemadmodum in perfectorum metallorum liquore fieri solet. Minime igitur est necessarium, vt tantum desudes, teque tantopere excrucies, etiamsi essentia cum suo liquore nulla in re coctioni vicinior, quam æq; in metallis.

Vnde etiam Veteres dixere, quod in nulla re sulphur esset, quam in metallis & iccirco liquorem metallicum argentum viuum nuncuparunt: Id quod sane parum interest, qualiacumque etiam illi nomina impertiant: nihil siquidem est aliud, quam extensa aquila, vel elementaris ignis cum elementari suo liquore, qui, vt dictum, cum suo igne per naturalem coctionem necessario coniungendus est, donec ambo indiuisibiles fient. Liquor enim ignem à combustionem tutatur, vt ambo constantes manent, & in vulgari igne perseuerent. Et illud Veteres Elixir nominarunt, id quod tantum est, quantum coctus aliquis ignis, in quo itidem bene loquuti sunt, eidemq; rectum nomen indiderunt: per coctionem siquidem perficitur, & plane coquitur, quod antea adhuc crudum atque incoctum erat. Hoc omnino coctum illud est, quod imperfecta metalla frangit, & ideo denudat, quod coram igne consistere nequeant.

In coctione igitur operam adhibere te ne utiquam pœniteat, cum omneis isti labores, circa quos Chimici occupati sunt, per solam simplicemq; istam coctionem perficiantur: per coctionem purificatur, sublimatur, & soluitur, atque adeo res omneis per solam coctionem fiunt.

Ll 2

Suaden-

*Theatre Chim. Vol. 5.
p. 563. Vol. 4. p. 468.*

Fus. m. fr.

*lignum 2. 14. 2. 2. 3.
Liquorem viuum
non habetur nisi ex
corporibus huiusmodi
Theatre Chim. Vol. 2.
p. 304.*

*Theatre Chim. Vol. 3. p.
617. Vol. 4. p. 92.*